

*ad infirm. sect. 2. cap. 14.* Pulvis talis exhiberi potest: ℞. Sem. ammeos, apii, dauci, cineris cicad. an. ℥j. F. Pulvis. Detur autem in decocto sequenti: ℞. rad. apii, feniculi an. ℥β. flor. genist. P. ij. semin. anisi, dauci Cretici, an. ℥ij. fol. asari Mβ. Decoqu. in suff. q. aq. font. Colat. ℥vij. add. syrup. de duab. radic. ℥j. Spirit. Oli gutt. iiij. Misc. F. Haustus pro duabus dosibus, pro pulvere superscripto.

LXIV. ΤΑΡΩΤΙΚΑ etiam aquas evacuant per poros cutis, præcipue eam, quæ in venis adhuc scaturit, & in scroto, partibusq; subcutaneis delitescit, & quidem summo cum iuvamine ita ut sæpe curatio irrita cadat, in qua illis parum tribuitur. *Interna* varia sunt: Radix chinæ, centaur. major. Lignum Guajaci, sassaphras; Folia card. bened. & carduibened. & inter Mineralia ḡ diaphoreticum. Opiatæ magnæ hic excellunt, in primis Theriaca. Extractum item carduibenedicti; Radic. contrajervæ; Extractum aureum bezoardicum &c. Exhiberi autem possunt h. m. ℞. ling. guajac. ℥β. sarf. pariss. ℥ij. fol. scord. Mβ. Decoq. in suff. q. aq. Colat. ℥iiij. add. extract. aurei bezoard. gr. iiij. contrajerv. ℥β. syr. acetos. citri ℥ij. spirit. Oli gutt. iiij. Misc. F. Haustus pro duabus dosibus.

LXV. Externa Attrahentia non sunt omittenda. Ideoq; sedeat æger in Laconico seu Sudatorio, excitatis semper vaporibus decocto calaminth. origani, pulegii, lapidibus ignitis superinfuso, cujus sudatorii meminit Galenus, *de utilit. ressp. cap. 4.* Atque hæc sunt sensibilibiter vacuantia, quæ serositates hydropticorum minuendi vim habent.

LXVI. Quæ INSENSIBILITER evacuant, multa partim *Interna* partim *Externa* habentur. Interius exhiberi possunt. Sales theriacales, & trochisci de vipera, quorum vis corpus mirabiliter penetrat & exsiccat aquas & flatus. Exhibeantur autem mane ad ℥β. facto bolo cum aliquo medicamento discutiente. Ut ℞. salis theriacalis ℥β. Succu agrimonie inspissati ℥j. F. bolus cum sacch. q. s. Idem præstant opiatæ magnæ, & decocta lignorum inter sudorifera propositorum.

LXVII. *Externa* itidem varia sunt. In solario potentissimum